




anagrammes de trépaut 1035.
repor d'esprit duineme - - 1036
bibliotheque germanique 1037
coutumes d'orléans. - 1038
vaillant de guelis. - 1039
considat d'orléans. - 1040.

* DES LIVRES *
* de T. T. Pataud,
* Chanoine de l'Eglise d'Orléans.

all all :

R

)



a-9 LIBELLVS


1035

ANAGRAM

MATVM VIRORVM ILLVSTRIVM
AVRELIENSIVM.

AVTORE EMMANVELE TRIPVTIO
AVREL. PRÆFECTO VRBIS NEVFILLENSIS,
Rerum priuatarum iudice.

Βέλη ἀρέσκειτ πᾶσι, μή σαύτῳ μόνον.



AVRELIAE,
Ex Officina RENATI FREMONT, Typographi
iuxta Ecclesiam boni Nuntij.

1613.



AD LECTOREM.

PHœbus amat lauros, & habet sua castra Cupido,
Iuppiter ardenti fulmina missa manu.
Tela trisulca tenet rapidis Neptunus in vndis,
Et miseras Pluto iactat auarus opes.
Nomina Musa canit magno conuersa labore,
Laudat & eximios Calliopæa viros.

E. T.

AD EVNDEM.

HEu sunt clarorum quædam taciturna virorum
Nomina, parce operi, lector amice, precor.
Accidit hoc fatis, & Apollinis omne læuo,
Qui dare Lethæis nomina iussit aquis.

E. T.

IN ZOILVM.

QVi male cœlestes laudat, fit Apollinis arcu
Hypsæas, tandem Marfy a stultus erit.

E. T.

DE EMMANVELIS TRIPVTII OPERE

CARMEN QVO GERMANVS AVDEBERTVS

*Aureliensis quondam vates excusatur, quod
Nouam Romam potius, quam Aureliam
patriam decantauerit.*

VDEBERTE nouam cum dicas carmine Romam,
Ipsa suum ciuem te noua Roma facit.

Extera dat grates tibi, dat tua terra querelas :

Sic, inquit, patriæ debuit esse memor ?
Siccine longinquas ad cœlos euehit vrbes ?

Illi numquid eram materia ampla satis ?
Immemorem frustrá dicit te Aurelia ciuem,

Non fuit a patria mens aliena tibi.

Illius immensas tentasti scibere laudes,

Sed pudor incœptum linquere iussit opus.

Quam graue pondus erat nosti, seruabimus ista,

Dixisti, quibus est terfa Camœna magis.

Ecce recens venit tandem, Audeberte, poeta,

Quod graue credideras, is leue ducit onus.

Expectatus adeſt vates : Tripputius ille eſt

Cui tripodas notos doctus Apollo facit,

Hic eſt qui ciues nostros commendat, & urbem,

Orbis magnificentum qui canit esse decus.

Grata tuo multum debes Aurelia vati,

Per quem nota viris gloria facta tua eſt.

Elicuit veras versos de nomine voces
Ordine, quas miro Musa canora refert.
Et quæ multa tuis præconia reddit alumnis,
Hæc a nominibus, non aliunde trahit.
Sumit ab his quod dat, laus est, quam præbet in illis,
Sic quo donantur munere, munus habent.
Nomina non sunt hæc quæ pagina docta recenset,
Fallor, lumina sunt splendidiora die.
Lumina, quæ claram te, chara Aurælia reddunt,
Et sublime tuum nomen ad astra ferunt.

N. M VSSARDVS.

COMPARATIO CELTELENISMI LEONIS
TRIPPAVLT PATRIS CVM ANAGRAMMATISMO
EMMANVELIS TRIPPAVLT
FILII.

A Græcis Genitor deducit Celtica verba,
Et vocum fontes signat Etymologus:
Compreensi meritum natus cuiusque libello
Nominis inuersis litterulis aperit.
Magnus in his labor est, & maior gloria merces:
Verum nobilius dic mihi cuius opus?
Nobilitate ut homo superat data symbola rebus,
Sic longe superat filius arte patrem.

ROLANDVS COLAS.
In duris lilia crescunt.

IN EMMANVELIS TRIPVTII
ANAGRAMMATISMATA.

CVm clarus, patriæ, eanens
Claros Emmanuel viros,
Laudes addere vult suæ,
Certé non pius est modo,
De illa vel meritus bene;
Verum mira facit, suis
Dueens ex Anagrammatiſis;
Quod fœliciter admodum
Cuius congruat aptius:
Quod quiuis sibi prœmium
Laudis percupidus velit.
Tam bellé, vt genio suo
Fortunæ que nihil suæ
Quicquam conueniat magis:
Necnōn puré etiam bonis
Cum musis loquitur, diut
Mutas ad Ligerim Deas
Casto carmine fuscitat.
Hoc rarum fateor nimis
Concinnum nimis est opus;
Et certé nouus est labor,
Nusquam sumptibus, aut sibi
Parcens, vt suus, hic suum,
Non quiuis popularis est;

Sed dignus, teneat locum.
Sed dicam ingenué, bonus
Nōster Tripputius facit
Cauté quidquid agit, sibique
(Ex hoc laudo tamen virum)
Primo prospicit ut sat est.
Nam dum promptus & arduum
Spirans semper, vt affolet,
Vos clari patriæ canit
Tam comptis numeris, vbi
Tam bellé simul & decor
Conspirant Charis & Venus;
Spargit dona sui ingeni;
Se se credite prædicat
Se quám vos loquitur magis
Vobis si studuit, sibi
Certé haud consuluit minus;
Res bellé cecidit, tuis
Votis Emmanuel, manet
Nam te magna ter & quater
Merceſ, nam quid habent tibi
Grati quod referant tui
Ciues : quisque suas nisi
Quas largiris opes ei
Soli, restituat tibi.
Res bellé cecidit tuis
Et votis aliter, solo
Præcurtis Anagrammatis
Quæfisti patrō decus.

Præcurtis Epigrammatis
Vitæ, veh nimium breui,
Addis Nestorcos dies :
Curto carmine comparas
Æternam tibi gloriam.

I. MOREVS. Aurel. causarum patronus
Sic tua nos virtus.

IN IDEM.

NÆ tibi quisque bonis instructus in artib⁹, vsquā
Si fueris, vario nomine vinc̄tus erit.
Quantum vix aliquis vel mente capessere, quantum
Vel quævis docti dicere lingua queat :
Non modō qui superest, purasque Tripute leporis
Delicias, veneres, audit, amatque tui.
Verum plura etiam debent, quos lumine dempto
Dudum iam functos Orcus auarus habet.
Nam viui lepido (mirum) varioque labore
Vt nusquam timeant funera sœua facis.
Per te etiam functus, & in hoc fata aspera rumpes,
Quos tua Musa canit, vita perennis erit,

Cœlo Musa beat.

ANAGRAMMA.

EMMANUEL TRIPVTIVS.
EN PIUS MALVM VERTIT.

VTT pius Æneas confectum ætate parentem
Sustinuit, tacitis vrbe ruente dolis.
Vt tener infidis genitorem Scipio Pœnis
Abstulit, & Crœsum sollicitauit Atys.
En pius occultos iudex confundit amores,
Neufuillense graui vertit & arte malum.

E. T.

LIBELLVS

A N A G R A M.

MATVM VIRORVM ILLVSTRIVM
AVRELIENSIVM.



Anagramma.

GABRIEL DE L'AVBESPINES.
SUB SPINA DEI BELLA GERE.

ROMA diu vixit fœlix regnante Lucullo,
 Africa Romano principe tuta fuit.
 Oppressam soluit numerosis Cyzicon armis,
 Et regem Ponti sub ditione dedit.
 Romanum sequere imperium, populoque neganti
 Sub spina Christi bella cruenta gere:

E. T.

A

Anagramma.

MATHVRINVS DE LA SAVSAIE.
HEVS, SI IN ARA, SALVTA D E V M.

V T Numa solennes superis concessit honores,
Condidit & Iani lucida templa Dei.
Iustitiaque grauis, pietate insignis & armis,
Romanos docuit thurea dona dare.
Iure Numam superas diuino, perge, saluta
Altari impositum mente fatente Dcum.

E. T.

Anagramma.

I O A N N E S - D E L ' A V B E S P I N E .
E N S A L V E I N B O N A S P E D E I .

Romulus obtutum prudens construxit Asylum
 In quo pacificus perfidus hostis erat.
 Et facta Romanæ patet anchora porta salutis,
 Quâ nihil in toto dulcior orbe fuit.
En bona spes Christi, semper cui crederet tutum est;
 Fac precor ut valeas in bonitate Dei.

E. T.

Anagramma.

MARTINVS DE RACINE.
IN TERRA DEVVM CANIS.

T' Ottibi quot Iano frontes, tot lumina monstras,
Bina tibi facies, oraque bina tibi.
Circumspectus homo transacta, futuraque calles,
Et quæ sunt alijs abditiora vides.
Quid maius? pietate viges populoque furenti
Concinis in terra corde patente Deum,

E. T.

Anagramma.

MICHAEL VIOLEVS.
HIC MELIVS VALEO.

F Orneri Themidis rector, Nemesisque Triputi,
Blandaque sacrifici turba valete chori.
Inuida turbatos senio mors claudit ocellos,
Me simul auriferis cedere cogit aquis.
Hic melius valeo, superas mens incolit arces,
Quippe fruor votis celsa per astra pījs.

E. T.

Anagramma.

C A R O L V S F O V G E V S.

O C V L V S F V S A R E G O.

CAssius insano condit sub corde tumultus,
 Cæcus & attonita sævit in vrbe furor.
 Regis Dulichij, periurique arte Sinonis
 Troia iacet, miles victor & arma canit.
 At Sol iustitiæ confusa negotia recto
 Corde rego, & vera religione regor.

E. T.

Anagramma.

IOANNES VALLETIVS.
SOL ES, ET LVNA IN VIA.

Sol regit æthereos cursus, camposque patentes
Cynthia nocturnis Luna pererrat equis.
Omnia Sole micant, Luna flectuntur amores,
Terra parit flores, flos sine Sole perit.
Denique Sol vitam nobis dat, Luna quietem,
In media luces Lunaque; Solque via.

E. T.

Anagramma.

VGO BVRLARTIVS.

VVLGV S RORABIT.

NIlus vt irrorat septeno gurgite campos,
Rorabit doctor vulgus amore Dei.

E. T.

Anagramma.

ANTONIVS DESVOS.

Ô DEVS INTVS SANO.

FLoruit Euphorbus medicæ pulcherrimus artis,
In quo spes vitæ, non via mortis erat.
Intus sancta cano Christi præcepta tonantis.
O firma sano religione Deus.

E. T.

Anagramma.

DIONISIVS BOCHERIVS:
HEROS BIS VINDICO IVS.

Sile tuos mirer præstantes corporis artus,
Seu virtute tuum pectus, & arte sacrum.
Protinus exclamo: ius sanctum vindicat heros,
Et docet altisoni iussa sequenda Dei,
Ergo age purus eris doctor, dum vita manebit,
Terra teget corpus, spiritus astra petet.

E. T.

B

Anagramma.

CAROLVS DE LA SAVSAIE.
Ô SALVE CARA DEI VIRTVS.

R Oma triumphales Torquato principe lauros
Iactat, & effusis hostibus ardet amor.
Romanæ verax salue pietatis imago,
O salue virtus cara, vel aura Dei.
Iamiam Phœbea perlustras lampade terras,
Puraque deuotis concinis astra choris.

E. T.

Anagramma.

M A V R I C I V S H I L A R E T V S :
Hic V I R T V S M I R A S A L V E.

HEu meus in medijs Palinurus mergitur vndis,
 Qui cita per rapidas vela regebat aquas.
 Qui toties pressit diuino afflatus amore
 Hæreticos, fœdi Dæmonis omne genus.
 Salve hic mira Dei virtus, sedesque beatas
 Enumera populo, doctor amice, tuo.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S D E A M O R E .

A M O R R Y D E S P E T E .

Laus in amore mori: Pylades veneratur Orestem,
Pungit & Aeneam fidus Achatis amor.
At tibi secretos Deus impartitur amores,
Vt doceas molles, & sine lege viros.
Perge igitur superos blando sermone fateri,
Ne titubent cauta Dæmonis arte rudes.

E. T.

Anagramma.

N I C O L A V S D E A I R E .

S O L D E I I V R A C A N E .

Quidquid in orbe vides de' occupat ordine recto,
Et manet æthereo subdita terra polo.
Nitere clara tuos ad sydera tollere vultus,
Denique iura Dei Sol veneranda cane.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS IAMETIVS.
FIRMATVS CIVIS CANES.

T Ergemini quondam vixit concordia fratris,
Enituit pietas mutua, & unus amor.
Romano cultu tangis praeconia laudum,
Et superas prisca nobilitate Deos.
Viue igitur fœlix vir, terque quaterque beatus:
Nam bene firmatus ciuis in urbe canes.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S B R I E R E S .

R E B V S R E P E R T I S .

C Olligit Aeneas ramos in valle reducta,
Queis stygias aperit docta Sibylla vias.
Aurea Thessalicus perquirit vellera princeps,
Quippe magæ gaudet Colchidis igne mori.
Iustitiæ flores, rebus tu ritè repertis,
Carpe manu, fausto numine nomen erit.
E. T.

Anagramma.

P E T R V S F O V G E V S .

T V S V P E R O S F V G E .

B ellorophon tétauit eques cōscendere Olympum,
Atque Giganteo more mouere Deos.
Fluctiuomo Xerxes Neptuno vincula fixit
Classibus insolitum cum renouaret iter.
Desine Pegaseis circumdare sydera pennis,
Denique tu superos effuge, tutus eris.
E. T.

Anagramma.

LAVRENTIVS MOREAV.
LAVREVS VENIT AMOR.

AMphion cecinit Thebanæ conditor arcis,
Et blanda mouit concaua saxa prece.
Omnibus arridet cytharæ pulsator Apollo,
Flectit & Aonijs numina sancta sonis.
Cantibus extollo superum delubra Deorum;
Laureus vnde mihi contigit intus amor.

E. T.

Anagramma.

ANTONIVS COCHERIVS.
EN CHARVS CIVIS TONO.

P Orceus insignis cythara, cantuque fluenati
Annua lætatur festa sonare Iouis.
En fixo meditor Christi miracula sensu,
Et charus ciuis cantica sancta tono.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS GVIETIVS.
SIC ANGELVS VIVITO.


Q Vi miranda sapit nimium secreta Deorum,
Sæpius obscuris corpus obumbrat aquis.
Noli altum sapere, at sceleris ter purus, & vnus
Angelus in terris viuito, sanctus eris.

E. T.

Anagramma.**CAROLVS ARAVLTIVS.****CLARVS LAVRO VATIS.**

VT Danai tumulū admirans rex magnus Achillis,
Fœlicem dixit conditione virum.
Accidit hoc fatis, & Achæi carmine Homeri,
Principe sic vates dignus amante fuit.
Laurea ferta geris, perdulcia carmina cantas,
Quid! clarus lauro vatis, & arte micas.

E. T.**C**



Anagramma.

IOHANNES ROBERTVS.
HEROS IN ORBE NATVS.

DOGMATA Cuiaci viuent dum fata manebunt,
Legibus æternus semper Iason erit.
Bartholus auratas continget iure coronas,
Baldus & eloquio clara trophæa feret.
At tu par superis, iuris, legumque peritus,
Immensoque heros natus in orbe manes.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS FORNERIVS.
FRONS IVRIS, VEL LEGVM.

D Onec erunt leges, dum dicet iura Senatus,
Ingenium tota viuet in vrbe tuum.
Viuet & æternum, clari viuetis honores,
Dum Ligeris tacitas in mare fundet aquas.
Frons iuris, legumque viges frons cincta coronis,
Quas sacer è folijs texit Apollo suis.
Nec prius exanimis Doctor tua fama peribit
Arida quám capiti frons tua laurus erit.

E. T.

Anagramma.

HIERONIMVS LVILIERIVS.
VENI HEROS, LILIVM IVRIS.

M Agnus Alexander rebus fœliciter actis
Terrifici tetigit regna superba Louis.
In te prisca fides, pietas insignis, & omni
Labe carens animus, nobilitasque viget.
Pandectas calles, & nodos Codicis, vnde
Apta tuo capiti lilia iuris habes.

E. T.

Anagramma.

R A D V L P H V S F O R N E R I V S.
I P R V D E N S L A V R V S F O R I.

L Aurea Mœonij cantantur carmina Homeri,
Floret & Aufonij nobile vatis opus.
Præcingunt Musæ viridanti tempora lauro,
Quam Daphne campis laudat in Elysijs.
Viuis at æquarum cultor sanctissime legum;
Nunc prudens laurus, palmaque grata fori.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS CARTERIVS.

R E V I G I L E T C L A R V S S U M.

Argus fulgebat centeno lumine cinctus,
Atque vagæ custos virginis Argus erat.
Quem Louis imperio ferijt Cyllenia proles,
Et Phlegetonthæos pressit adire lacus.
Re vigil, & clarus sum certis laudibus Argus,
Fulget & eximia lege paratus honor.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS CARTERIVS.

MVRVS LEGIS VI CLARET.

CIuica Romanus filet inter proelia rhetor,
Et manet occlusum Marte tonante forum.
At populo legis ui murus aheneus esto :
Sic Mars exul erit lege regente Deus.

E. T.

Anagramma.

IOANNES LALANDIVS,
EN LILIA SANVS DONA.

H Vmano Galli Teutatem sanguine placant,
Minoi mactant corpora viua duci
Agticolæ imponunt sacratis munera templis,
Et spargunt tenera spicea ferta manu.
Lilia magnifico sanus pro munere doctor
Elargire, Deus sic tibi gratus erit.

E. T.

Anagramma.

IOANNES MONETIVS.

Ô IANE INTVS MONES.

CHarondas Thurius certis fundauit Athenas
 Legibus, antiquo viuere more dedit.
 Nec tulit in medio Vulcania tela theatro;
 At procul armatos iussit abire viros.
 Intus Iane mones, claros acquiris honores
 Legibus, & nostra Ianus in vrbe manes.

E. T.

D



Anagramma.

PETRVS FOVGEVS DESCVRSES.

VECTVS DSVS SPERO FRVGES.

R Omulus enituit Romanæ gentis origo,
Et colitur purus celsa per astra Deus.
Iam me consultum florens Aurælia Ianum
Detinet amplexu, me quoque laudat amor.
Iure bifrons igitur viuam per sæcula Ianus;
Nam spero fruges vectus ad astra Deus.

E. T.

Anagrame.

PIERRE FOVGEV DESCVRSES.

Dv IVGE SERES PVRE FORCE.

Vous resséblez au bois qui brusle en son escorce,
Apres l'obscurité vous donnez la clarté:
Mon espoir est en vous, & croy sans cruauté,
Que du Iuge serez le rempart, & la force.

E. T.

Anagramma.

I A C O B V S - N A V .

S V B V I A C A N O .

Dileibus Æneam monitis Amphryfia vates
 Compulit horrendos irremeare lacus.
 Quó daret Anchisæ recubanti grata sub umbris
 Oscula, quó blandus manibus esset amor.
 Siccine fatidico perflatus munere reddis
 Sub cœlo cantus, atque patente via?

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS HANAPIERIVS.

HINC IAVS INVISA PAREO.

Littera Pythagoræ viuacis præscia laudis
 Dicitur, & saeui lata figura mali.
 Hac duce Parnassi contingit culmina vates,
 Aequé alitur vitijs imperiosus amor.
 Laus inuisa vocor, superis latus digna coronis
 Quæ manet in cunctis certa, tenaxque locis.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS BEAVHEARNOIS.
EVENI, GLORIAM HABES LVS V.

I Nter pastores Cyrus rex sorte creatus
Instituit leges, quas violare nefas.
Veni Sol mundi, regis mens sana tonantis,
Præsidium patriæ, spesque, salusque meæ.
Vicisti, niuea præcinges tempora vitta,
Atque tua dignus laude triumphus erit.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S B A V D E T I V S.

T V T V S D E S V P E R B I A.

Marsya præclarus cythara, fidibusque canoris
 Nititur intonso bella parare Deo.
 Excoriatus abit demens, & victor Apollo
 Obijcit insanis membra pudenda feris.
 At tutus medio, veros percurris honores,
 Et positis certas finibus addis opes.

E. T.

Anagramma.

ERVETIVS LAMYRAVLT.

VIRTVS ME LEVAT LYRA.

O Rpheus Euridicem cantando nouit amicam,
 Et gelidas cythara fretus adiuit aquas.
 At me cogit amor superas euadere ad auras,
 Æthereisque frui rege regente bonis.
 Omnia grata simul nascenti fata dedere,
 Me leuat & virtus imperiosa lyra.

E. T.

Anagramma,

P E T R V S D A V R E V S:
 P V R V S A R T E D E V S.

H Eu Glaucus piscator erat, qui molliter herba
 Gustata, factus creditur esse Deus.
 Motaque Neptuni luctantibus æquora ventis
 Rexit in hybernas præcipitatus aquas.
 Regius intus amor spargit clarissima mundi
 Lumina, perfulget purus & arte Deus.

E. T.


E

Anagramma.

IOHANNES LELETERIVS.
E VITA LENI LENIS HEROS.

EXitus aëta probat: sancti viguère Catones,
Et grauibus vieti non timuère malis.
Rebus at in dubijs semper fuit æqua potestas,
Suntque graues vita, morte minante pares,
E vita leni sum prudens, lenis & heros,
Dein mea sunt Paphijs tempora cincta rosis.

E. T.



Anagramma.

L O D O I C V S A L E A L M V S.
 SOLEM VI C O L L A V D A S.

S Myrnæus sœuum Pelidem cantat Homerus,
 Et memorat doctis Martia castra sonis.
 Iam vi collaudas Solem, totamque per urbem
 Ducis Apollinea parta trophæa manu.
 Eia age Solis amor, Phœbī gratissima laurus,
 Sole micas, lauro tempora cincta geris.

E. T.

Anagramma.

E GIDIUS A L E A L M V S.

D E V S A L M A V I L E G I S.

A Egyp tus Phari um semper veneratur Osirim,
 Cornigerum que bouē barbara Méphis amat.
 Hic docuit teneræ committere semina terræ,
 Et Cereris flauam' cædere falce comam.
 Tu Deus in terris vi legis diceris alma,
 Nos quoque Saturni viuere more doces.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS BEAVHEARNOIS.
EN FABIUS CHARVS ORE CANIS.

Romanis Fabius cunctando restituit rem,
Et lenta Poenos subdidit arte leues.
Gramineam fertur finito Marte corollam
Romanos læta contribuisse manu.
Nunc te consultum florens Aurelia clamat,
Quod tua sit longo tempore nota fides.
Quid maius? populum iuris compescis habena,
En Fabius lepido charus & ore canis.

E. T.

Anagramma.

IOANNES MARIUS.

EN IANVS AMORIS.

I Anē bifrons varios Martis compesce furores,
 Sit precor & templi ianua clausa tui.
 Maestabit lectas solito de more bidentes,
 Te canet & magnum turba iocosa Deum.
Quid? nouus ē cœlo descendit Ianus amoris,
 Quem recolam donec spiritus ullus erit.

E. T.

Anagramma.

IVLIVS TIBALIERIVS.

VIR BEATVS, VIS LILII.

ANgelus æthereo demisit lilia cœlo,
 Quæ sunt Francorū stemmata vera ducum.
 Lilia iustitiæ sunt candida signa seueræ,
 Lilia sunt castæ sceptræ pudicitiæ.
 Denique cana tuæ sunt lilia præmia laudis:
 Qui tenet hæc Iudex, nūm Deus intus erit?

E. T.

Anagramma.

LEONARDVS BERGERIVS.
EN RES LAVDIBVS REGOR.

VVT natum Thomiris bello regina peremptum
Non plorat, Cyrum sed violenter agit.
En res perduras, quæ mentem turbjne versant,
Sed meus in pondus iure resurgit amor.
Laudibus inde regor Iudex spectante Senatu:
O fœlix licitis qui petit astra modis.

E. T.

F

Anagramma.

IOACHINVS GERVASIVS.
Hic IANVS VIVOS REGAS.

QVæsitor Minos aidis in faucibus Orci
Præsidet, & monitis vrna mouenda datur,
Iustitiæ rector, Christi memor esto tonantis,
Nec tua sit cupidis vita petita bonis.
Crede reges Ianus viuos sine crimine reges,
Semper Agenorides & Rhadamanthus eris.

E. T.


Anagramma.

MICHAEL OMMANVS.

I N V M A M E L O M I O A S.

VT Numa bellorū cupidus, quoque pacis amator,
 Reddidit attonitis integra iura reis.
 Construxit Iani templum, Vestæque rotundum,
 In quo perpetuus legibus ignis erat,
 Sic Numa fatidico polles sermone beatus,
 Atque tuo resonant regia tecta melo.

E. T.



Anagramma.

GERMANVS REBOVRTIVS.

Vt VIR MORES GYBERNAS.

Q Vale erat Actæi decus immortale Solonis,
 Et Lacedemonius quale Lycurgus habet.
 Tale fuit lumen Prætoris, nomen, & omen,
 Et pia cum sacra religione fides.
 Ergo age diuinos tanges virtute triumphos:
 Nam populi mores vir regis, atque premis.

E. T.

Anagramma.

GABRIEL HALEMANVS.

AH NVM A BELLA GERIS.

C Edant arma togæ iamiam funesta nitenti,
 Mars pereat viuus, rideat vnus amor.
 Quinetiam clypei dominus septemplicis Ajax
 Reddat Dulichio laurea scepta duci.
 Ah Numa bella geris, pro legibus arma peroptas,
 Denique Mauortis murmure iura silent.

E. T.

*Anagramma.***IOANNES CARDINETIVS.
EN INSANOS TER IVDICA.**

ÆAcus vmbrosis Iudex veneratur in vndis,
Sollicitosque premit pœna luenda feos.
Tu regis imperium, iustæque ad pondera lancis
Das populo, Prætor, candida iura tuo.
Quid magis insanos punis, subigisque fateri
Crimina, perge, reis Æacus alter eris.

E. T.

Anagramma.

ERVETIVS GVIMONTIVS.
VOTVM REGIS VIVENTIS.

Augustus Cæsar bello vexatus, & annis,
Supplicibus votis placat in æde Deos.
Scipiadum vires, fortunam Cæsaris, atque
Pompæi vultum, qui bené gratus, amat.
Regis habes votum viuentis, & omnia certo
Fine regis, Vindex, quid modó maius erit?

E. T.

G

Anagramma.

INNOCENTIVS MOIREAV.

MORS IEIVNA VNI NOCET.

TAntalus in medijs sitiens submergitur vndis;
 Optato Phrygius disperit ære Mydas;
 Virgo monile petit Tatij Tarpeia regis;
 Et miser auriferas quærit Achæus aquas.
 Heu tibi ne noceat iam mors ieuna, caueto:
Nam veniunt læthi mille repente viæ.

E. T.

Anagramma.

MAVRICIVS EGROT.

COR REGIVM VATIS.

A Mphilocus dubijs Argiuos vocibus angit,
 Reddit & obscuros casta Sibylla sonos.
 Troianos monuit passis Cassandra capillis,
 Mopsus Apollinea clarus in arte fuit.
 Quid miror? canis ambages, das signa futuri,
 Denique cor memoris nobile vatis habes.

E. T.

Anagramma.

CHRISTOPHORVS BINDEV\$.
HIC PROBVS REOS TVNDIS.

P Erfidus vt Phalaris violenti membra Perilli
Torruit, vt tauros arte Perillus agit.
Vt fera Nicoceon renouat tormenta tyrannus,
Quæ patitur sapiens, & bené sanus amor.
Ecce reos probus hic tundis, Minosque seuerus
Opprimis hostiles lege micante dolos.

E. T.

*Anagramma.***CLAVDIVS DE FAI.****I, FAC LAVDES DIV.**

A Vrea diuini superas præcepta Platonis,
 Certaque virginæ signa pudoris habes.
 Ingenio polles, morum candore probaris,
 Eloquio clarus, iustitiaque tumes.
 Ergo diu fac laudes, post tua fata nepotes
Completa insigni laude trophæa canent.

E. T.

Anagramma.

NICOLAUS DE GIVES.
EGENOS LVCIS AVDI.

Anchises claro concassus lumine mundi,
Implorat Venerem forte negante Deam
Tyresias etiam vates, cui lumen ademptum,
Iunonem precibus flectere posse putat.
Sed frustra varijs compungunt pectora curis,
Nam Deus irata non capit aure preces.
Audi igitur fontes miseros, & lucis egenos,
Immortale tuum nomen, & omen erit.

E. T.

Anagramma.

IOANNES MAINFERMVS.
Ô IANE FIRMVS MANES.

PYRITHOUM Theseus Stygijs adamauit in vmbbris,
Herculea Alcestis Theffala vixit ope.
Pythia Damonem coluit, Patroclus Achillem,
Quippe fuit socio laus in amore mori.
Rebus Iane manes firmus, modò firmiter hæres
Iustitiæ, lauro quam Deus ornat amor.

E. T.

Anagramma.

L E O · T R I P V T I V S.

P I V S · L E T O · R V I T.

V T Lacedemonius Chilo sine vulnere, risu
 Immodico stygias cœpit adire vias.
 Et fatis perijt, dum tempora ciñcta coronis
 Ornaret natus nobilitate potens.
 Ah pius occubuit lætho; pro principe, consul,
 Quem populus mœstis duxit ad astra sonis.

E. T.

Anagramma.

IOANNES DE. SEVLI.
SOL DEI SANE VENI.

M Anlius ingenti fortes munimine Gallos
Expulit, occultis consuluitque dolis.
Extitit antiquis Aurelia perdita rixis,
Quæ manet auxilio tuta repente tuo.
Lampas clara Dei venias, sacra tempora lectis
Ornabo fertis, & tibi carmen agam..

E. T.

H

Anagramma.

C A R O L V S B R A C H E T I V S .

V T C L A R I S C H A R V S B E O .

P Hœbus vt ardenti collustrat lampade terras,
 Ut Thetis in longas est patefacta vias.
 Flaua Ceres fructus magno cum fœnore reddit,
 Vdaque labenti flumine prata virent.
 Sic puer vrit amor, sic nobis dulcia rident
 Oscula, sic claris charus in vrbe beo.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS COLLOMBEV^S.
SOL CLARVS LOCVM BEO.

VIT Romana salus perijt Cicerone perempto,
Et tacuit latij fama, decusque soli.
Sole meo viuax Aurēlia, Sole Senatus,
Sole meo ridet deliciosus amor.
Palladios rutilo circumdo lumine fontes,
Atque locum clarus Sol sine fine beo.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS CHALEVS.

HIC LAVS LVEM LVGES.

IN tepidis Minos finiuit sæcula thermis,
 Quem Cocalus misero iussit obire modo.
 Damnata & fœdis Fœlicula virgo lacunis
 Vulnera pro Christo sanguinolenta tulit.
HIC laus sana luem luges pallentis Auerni,
 Qui lacus impuro plenus odore fluit.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS D̄AMIMNV̄S.
MVNV̄S DABIS AMICO.

NYsus vt Euryalum sociali foedere iungit,
Tyndaridem Pollux Castora frater amat.
Hoppleus inuicto constringit amore Dimanta,
Et Marius Casprum, quem redamasse ferunt.
Sic dabis oppresso pergratum munus amico;
Nam fit in aduersis rebus apertus amor.

E. T.

Anagramma.

LIPHARDVS PICOTEVS.

AH SOL CVPIDVS PERIT.

Antiquæ flebant nascentia corpora matres,
Mœstus & in nulla sede manebat amor.
Mortua reddebat terræ plaudente Senatu,
Denique per populum nil nisi risus erat.
Ah Sol candidulos tenebris submittit ocellos,
In nostra cupidus Sol simul vrbe perit.

E. T.

Anagramma.

IASPARDVS DAMSEPERONIVS.

S APIENS SVPER ARDVA MODIS.

I Carus aeris voluit malé credere pennis,
 Difficiles Phaethon flectere Solis equos.
 Fœlici sapiens tendis super ardua cursu,
 Assiduisque petis tecta beata modis.
 Est modus in rebus, quem quis contemnit, & odit,
 In Phlegetonthæas præcipitatur aquas.

E. T.

Anagramma.

CHRISTOPHORVS VILEDAMNEVS.
HEN SOL PIUS TER AMICVS DVRO.

Rebus in angustis fidus monstratur amicus,
Perfidus optatam qui negat alter opem.
At Biton, & Cleobis fratres, quos sæcula laudant,
Mutua materno colla dedere iugo.
Sol pius æterno ter amicus fœdere duro,
Et manet in terris intemerata fides.

E. T.

Anagramma.

ISAAC ROBERTVS.

SORS CVRA BEATI.

M Itaris nummos, atque horrida fercula posse
Cœiungi, facile est, rege Agathocle loquor.
Non est mirandum, Iudex, Sors omnia versat,
Erranti spargit munera cæca manu.
Denique læta manet, vultus modò sumit acerbos;
Sors tamen est iusti cura, salusque viri.

E. T.

I

Anagramma.

P E T R V S B E A V I E V S .

P E R B E A T V S V I V E S .

Longæuus vixit Nestor, fidusque potentis
 Bella Mycenæi rexit, & auxit opes.
 Troia superba fuit florentibus Hectoris annis,
 Græcia prostrato tristis Achille ruit.
 Iane precor valeas, bené viuas tempore in omni:
 Aurea Saturni sæcula regis erunt.

E. T.

Anagramma.

LODOICVS FOVET.
SEVO DICTO FLVO.

LAudatur grauitas docti matura Catonis,
Et rigidus celebri Crassus honore micat.
Ambo sub occultis clauerunt sæcula fatis,
Viribus, eloquio, iustitiaque pares.
Ecce fluo sæuo per rauca palatia dicto,
Tunc regnante nouus consulē surgit honor.

E. T.

Anagramma.

STEPHANVS IACQVETIVS.
Hev QVIS TE SANVS CAPIT.

C Allidus Euclides doctas migravit Athenas,
Vt bené Socratico disceret ore loqui.
Pythagoras Persas adjit, Cretamque reuisit,
Vt caneret mores, sydereosque polos.
Heu quis sanus te capit, & sub corde volutat
Ingenij dotes, quas modó consul habes?

E. T.

Anagramma.

LVDQVICVS CALARTIVS.

Vt CIVIS CLARVS LAVDO.

THebanus Crates argenti pondus, & auri
 In mare deiecit, depositque iocos.
Quo magis hæreret studijs, & rebus honestis,
 Dein sibi lauriferas conciliaret opes.
Vt clarus ciuis semper pia numina laudo,
 Iustitiam redamat mens, vitiumque fugit.

E. T.

Anagramma.

IOANNES PREVOTIVS.

VIR SANVS OPE NITEO.

D Emocritus miseræ deridet gaudia vitæ,
 Heraclitus plorat quidquid auarus amat.
 Gestit & æternæ vestigia quærere laudis :
 Nam bona fortunæ deteriora cadunt.
 Vir sanus meritis niteo, populumque rebellem
 Inseruire pijs legibus intus ago.

E. T.

Anagramma.

ROBERTVS MARTINVS.

TERROR SANVM SVBIT.

TAUREA Campanus Romano infestus Afello
 Intravit Capuam præcipitante metu.
 Herculis atque Lycas cupiens vitare furores,
 Non potuit forti rumpere fata manu.
Nil mirare magis, validos timor occupat artus,
 Et terror sanum gaudet habere virum.

E. T.

Anagramma.

VINCENTIVS SERGENT.

EN VIRTVS TE CINGENS.

ANeas domuit Turnum virtute potentem,
 Vouit & horrisonis membra cruenta vadis.
 Clarus es ingenio, dulci probitate coruscas,
 Ingenua morum dexteritate vales.
 Legiferum tarda superas grauitate Lycurgum,
 En virtus cingens te simul astra petit.

E. T.

Anagramma.

A N T O N I V S G I V E S I V S.

Ô I A N V S I N T V S V I G E S.

Z Aleucus statuit leges, quas sensit aacerbas
 Damnatus natus crimine adulterij.
 Riphæus vixit quoque seruantissimus æqui,
 Quo duce non Graio Troia sub hoste fuit.
 Aspera bella canis, das pacis fructibus vti,
 Pace viges Ianus, Marte tonante Deus.

E. T.

K

Anagramma.

A N T O N I V S A L L E G O .
L I N G V A L A T E S O N O .

Archelaus summo rex est complexus amore
 Euripidem, numeris credidit atque suis.
Aurea fatidico donauit pocula vati,
 Fertur. & hunc dignis constituisse locis:
Te iuris cupidum populosa Aurelia cantat,
 Clarior & lingua vir Cicerone sonas.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS CHAILLEVS.

HIC AB OCVLIS VALES.

LYnceus ardenti penetrabat lumine muros,
 Äquē oculis centum nobilis Argus erat.
 Bellatrix Aquila, aut serpens Epidaurius, omnes
 Lucenti superat sydere Solis equos.
 Lampade iustitiæ cogis secreta fateri,
 Et vultu vindex candiore vales.

E. T.

Anagramma.

C L A V D I V S B A R B E D O R T .
A R B Q R D V L C E S V D A B I T .

MYrthus habet succos, syrio frondescit odor,
 Et Myrtho gaudet deliciosa Venus.
 Semper oliua fuit Phrygiæ pergrata Mineruæ,
 Spirat & Arcadio piñus amata Deo.
 Te modó myrrha sapit, dulcis sudabit & arbor,
 Arbor odoriferis æquiparanda rosis.

E, T.

Anagramma.

HENRICVS DE PICHERY.
PYRRHE VINCIS, CEDE.

P Yrrhe hostes vincis, Romanis cede fugatis;
Cedendo victis victor abire solet.
Lysimachum bello domitum Dromocheres abire
Illæsum iussit, iussit & vnuſ amor.
Iudex da miseris magnam sperare salutem:
Nunc tua parcendo gloria maior erit.

E. T.

Anagramma.

**IACOBVS POITRINES.
BIS PIETAS INVOCOR.**

Dicitur insignis pietate Ciconia dulci,
 Quod foueat pullos, pignora grata, suos
 Reddidit Amphynomus perdebita munera matri,
 Vastataque senem sustulit vrbe patrem.
Invoocor hic pietas, & mutua cura parentum;
 Nam foueo senio corpora fessa graui.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS MAVBERTIVS.

BIAS IVS BEATVM CVRO.

C Ambyses crudelis erat, tamen omne fausto
 Iustitiam coluit, nec coluisse fuit.
 Iudicis abstractam pellem coniungere sellæ
 Iussit, in hac natus ferret ut æqua reis.
 Crede Bias recto ius sanctum pondere curo,
 Et ducor patriæ consul amore meæ.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS ROBERTVS,
BEATOS VRBIS CYRO.

C Aligulæ votum fuit exitiale tyranni,
Ingenium, mala mens, & vitiosus amor
Romanis simul optauit caput impius vnum,
Quó facili rueret Roma superba manu.
At melior Iudex confusa negotia tracto,
Quin curo ciues vrbis, & astra cano,

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS MARIVS.
FIRMVS CURAS CANIS.

DVm regimur certa naturæ lege, beatus
Nemo potest dici, teste Solone loquor.
Nostra per aduersas agitur breuis hora procellas,
Et flos vernalis, qui fuit ante, perit.
Sic firmus curas canis auxiliante Solone,
Diuitias Croësi, delitiasque fugis.

E. T.

L

Anagramma.

HENRICVS. FORNERIVS.

HEN CVRSVS IN RE FORI.

A Vrea Mercurius pedibus talaria nectit,
 Ut leuiter peragat iussa verenda Iouis.
 Cuique suum reddis, tibi dat Rhamnusia laudes,
 Diceris & cupida cursus in arte fori.

E. T.

Anagramma.

**CAROLVS VILEDAMNEVS.
LVCE SANA MELIVS DVRO.**

CÆsus abit Thamyras vietus dulcedine cantus
Musarum, & Thamiræ lumina fata negant.
Hic melius duro ter sana luce beatus:
Nam recolo Musas, quas mihi donat amor.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS PAIREDOVS.

DECVS FORI SVPRA CANIS.

TErpino placuit cantu seruire Neroni,
 Et tenui offendos flectere voce Deos.
 Laurea contingis Musarum culmina cursu,
 Et decus arte fori nobiliore canis.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS CHEN.V.

NVNC CIVIS FAC' RES.

DVm Porsenna parat Romanā extingue re gētem,
 Et dare seruili colla premenda iugo.
 Insurgit validis præcinctus Horatius armis,
 Pulsat & hostiles Marte furente duces.
 Nunc ciuis fac res, patriæ succurre cadenti,
 Et pōntem serua robore, Coeles eris.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS DVCHONIVS:
HVC NOVVS BIAS DICO.

QVæritis vnde Blas capta fidenter in vrbe
Rideat, Attalicas sub pede temnat opes?
Quid modó fortunæ telis confixus acutis
Virtutem captet, diuitiasque premat?
Huc nouus ore Bias per amica silentia dico,
Displacet alma Venus, lex mihi sola placet.

E. T.

Anagramma,

ROBERTVS VBERTVS.

REBVS TVTOR VRBES.

SAlue Sol mundi, terrarum lumen, & vrbis,
 Salue laus animi deliciosa mei.
 Salue Menaliæ decus immortale Dianæ,
 Salue Leucadij Laurus opima Dei.
 Denique Castalidum salue tutela Sororum;
 Vrbes tutaris rebus, & ore viros.

E. T.

Anagramma.

C L A V D I V S : R O B I N E A V .
I N V R B E V I A S C L A Y D O .

Legibus armari, decorari fortibus armis,
 Hæc sunt scepta mei regis, & arma dueis.
 Impositis Cæsar firmauit legibus vrbes,
 Subdidit & latium sedulitate solum.
At pacis, bellique nouo regnante tumultu,
 Obscuras claudio semper in vrbe vias.

E. T.

Anagramma.

ROBERTVS BVGEVS,
SVB REBVS TVRGEO.

VIT leue ventosis agitatum fluctibus æquor
Nauta Charon vigili callidus arte timet.
Sic cupidam torquent spinosa negotia mentem,
Postmodò mellitus fructus adesse solet.
Ytque sibi oppositum pontem indignatur Araxes,
Sic virtute potens pondera dura premis.

E. T.

M



Anagramma.

CAROLVS NORISSONIVS.

CLARVS SONIS IUS ORNO.

SEmper Aristides vir seruantissimus æqui
Vixit, Athenarum laus quoque prima fuit.
Clarus reddo sonis ius sanctum, laudibus orno,
Iudice me dignus condecoratur honor.
Quid melius? nostris Aurælia clara resurgit
Moribus, vnde pius celsa per astra vehor.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS NORISSONIVS.
SANE CORONIS FINIS CVRSVS.

A Vrea, muralis, castrensis, ciuica, oualis,
Atque triumphalis, crede, corona fuit.
Has tibi diuino largitur iure coronas
Phœbus, & Assyrio spargit odore comas.
Quin vitæ cursus finis sine labe coronis
Consul, & in terris sceptræ paterna tenes.

E. T.

Anagramma.

STEPHANVS D VRANDVS.
N VDVS S APIENS D VRAT.

P Aupere Protagoras contentus sorte canoris
Incubuit Musis, clarus & arte fuit.
Demonacis virtus paruo fundata para^{tu}
Duxit ad æthereos facta canenda polos.
Sic nudus sapiens durat, durabit & intus
Nudus amor, fuluas dum ychet Hermus aquas.

E. T.

Anagramma.

MICHAEL · SAPIENS.

EN MEL · HÍC SAPIAS.

M Ella sapit Nestor; facundum Nestora vinci;
 Melle fluit Nestor, Palladis arte nites.
 Iudice te nostros Aurelia iactat amores,
 Græcia Nestoreis floruit aucta modis.
 Hunc Agamemnonios fama est docuisse labores,
 Te mea iuridicum Calliopea canit.

E. T.

Anagramma.

C A R O L V S B I N D E V S .

B O N V S D I V C L A R E S .

A ntigonus natum baculo percussit ouantem,
Abscissum Pyrrhi fleuit & ense caput;
Iure tulit Cæsar laceratam carmine famam,
Pytholai fertur nee timuisse dolos.
Vir bonus, & prudens clares virtute paterna,
Munera largiris, reddis & æqua reis.

E. F.

Anagramma.

ROBERTVS GOVALDV.

Vt SOL SVBDVRA REGO.

P Erseus Andromedem vinclo sociare iugali
 Optauit monstros, perdomitisque feris.
 Fructibus Hesperidum iactis Scheneia virgo
 Victa manet, sponsam ducit & Hippomenes,
 Sol placido subdura rego virtutis amore,
 Sæuaque iustitiae lampade monstra domo.

E. T.

Anagramma.

LAVRENTIVS DIMEVS.

DIV LAVRVM SENTIES.

Arbor laurus erat lycio gratissima Phœbo,
Laurus purpureis anteferenda rosis,
Æqualis palmæ surgit tibi cognita laurus,
Quæ quatit a Lybico fulgura missa Ioue.
Cœlestis tandem dabitur pro munere laurus,
Sentiet & laurum frons tua læta diu.

E. T.

N

Anagramma.

P E T R V S L E L E T I E R I V S .

L I S L I T E S P V R E V E R T E .

V T mala sunt vicina bonis, vt feruida virtus
 Pro vitio patitur crimina multa graui.
 Vt pia relligio dubijs commota procellis,
 Pressaque vis palmæ pondere, firma manet.
 Vt clausus clauum trudit, sic regia longas
 Lis puré lites verte, triumphus erit.

E. T.

Anagramma.

BASILEVS DESTAS.

SALVS DITES BEAS.

LYdius auratas voluit Pactolus arenas,
 Et Tagus auriferis affluit amnis aquis.
 Crœsus habet nummos, sed Croeso ditior illo,
 Dotibus ingenij curris ad astra tuis.
 Parnassi volitas super alta cacumina montis,
 Atque salus dites sorte fauente beas.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS CHOPINVS.
HINC PIYS OLVS CANO.

A Vrea Dentatus Samnitum munera tempfit,
Nam placuit tepidis rapa perusta focis.
Fabritio secura domus, non splendida regum
Porticus arridet, lætaque rura colit.
Dat tibi munus amor, quod donat respuis aurum,
Rausetum cantas, te quoque pascit olus.

E. T.

Anagramma.

FRANCISCVS MESLANDVS.

CLAMANS CVRSVS FINDES.

SÆpe solent Parthi missis gaudere sagittis,
Et spolia effusa parta referre fuga.
Hic clamans cursus findes, hinc robore firmo
Agmina confundes, denique victor eris.

E. T.

Anagramma.

RENATVS MICHAEL.

HEN ALTER AMICVS.

Candidus infestis perijt Pomponius armis,
Viueret ut Gracchus, Sors quoq; grata foret.
Rebus in aduersis hen nascitur alter amicus,
Qui pro sincero gestit amore mori.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S F A R I O L E V S.

L A V S . F O R I . S V P E R . T E.

C Arneades virtute grauis, Chrysippus & alter
 Extitit ingenua clarus in arte fori.
 Ingenij superas viuaci flumine ciues;
 Te super & nostri laus manet ampla fori.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S P A V A R T I V S,
 T V P V R A S V P E R A S T I.

Vppiter Enceladum clamantem murmura cœlo.
 Fudit, fulmineo corpus & igne ruit.
 Antæum vastas cumulantem munere vires,
 Alcides domuit, flammiferasque feras:
 Tu pura Herculei superasti sceptræ laboris,
 Pactolique paras, quas parit humor, opes.

E. T.



Anagramma.

FRANCISCVS MALIETIVS.
SIC FIRMVS CANIS VALET.

LYsimacho fatis domito canis optimus hæret,
 Fidus & accensos gaudet adire rogos.
 Europæ canis est custos, cœloque locatus,
 Iure ferunt Pyrrhum condoluisse canem,
 Sic firmus canis insequeris, sylvasque peragras;
 Hinc cœleste tuo nomine sydus habes.

E. T.

O

Anagramma.

P E T R V S B R I S O N E T I V S .
 I , P E R R O B V S T V S N I T E S .

P Olydamas tenuit robusto corpore taurum,
 Titornus fregit scrupula saxa manu.
 Mille Phyllostæos Samson sub tartara misit,
 Viribus Alcides monstra cruenta suis.
 Legibus, ingenio, præstanti pectore, & armis,
 Robustus tandem nobilitate nites.

E. T.

Anagramma.

GVLIELMVS MARTINVS.

ALMV S LVMINE SVRGIT.

CLoelia perruptis innauit flumina viñclis,
 Reddidit & patriæ debita chara suæ.
Consul Apollineas percurris lumine syluas,
 Et quidquid dignum continet orbis, habes.
Quid? patriæ surgis radianti sydere Phœbus,
 Et tua fit nitidis vita bœata modis?

E. T.

Anagramma,

**ANTONIUS VGVETIVS.
IN VOTIS AVGE NVTVS.**

IN votis habuit tres Augustinus honores;
Compositum humana voce videre Deum;
Fulmina mittentem Paulum; Romæque triumphos;
Quæ pergrata pio vota fuere Deo.
In magnis voluisse sat est, sic firmiter auge
In votis nutus, dulcis amice, tuos.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS. ROVSSEVS.

SOLE VSV RES CVRAS.

Dicitur in terris, nihil assuetudine maius:
 Virtus perpetuo parta labore manet.
 Tempore Pyramidum durant miracula longo,
 Artis, & artificis tempore crescit honor.
 Solo res vnu curas, sylvasque per omnes
 Syluanus meritó crederis esse Deus.

E. T.

Anagramma.

**FRANCISCVS LONGVETIVS.
INGENS OCVLVS FAC RITVS.**

Sola mente Deum Iudæi semper adorant,
Chaldæi Superos sydera clara vocant.
Phœnices Chamum magno venerantur honore,
Et Græci libant vasa dicata Ioui.
Fac ritus ingens oculus, modò pura capesse clo
Iussa Dei, medijs ibis ad astra vijs.

E. T.

Anagramma.

RENATVS · NOEL.
EN SOL NATVRE.

QVattuor Empedocles naturas esse fatetur,
Ex quibus immenso Phœbus in orbe rotat.
Democriti Deus est mens ignea voce, Cleanthes
Æthera diuinos creditit esse Deos.
En Sol naturæ gemmato sydere terras
Imbuis, atque tuo numina Sole regis.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS. GOVIERIVS.
VI LVCIS REGIVS VADO.

VT fuit æterni Pompeius lumen amoris,
Cæsar & æthereas luce parauit opes,
Aurea perfulget tenebris Aurora fugatis,
Et reddit exorto lucida Sole dies.
Viuida flamma mei per terras currit amoris,
Vi lucis vado regius atque decor.

E. T.

Anagramma.

THEOPHILVS BVRI.
HEV BILIS PVTOR.

N Omine conuerso bilis commota putaris,
Sed malé cōueniens nomen, & omen habes.

E. T.

Anagramma.

ANTONIVS MARTINVS.
I, MARS INTONAT VNVS.

B Ella canit miles, Vulcanus tela ministrat,
Mars tonat in terris, ignis in vrbe furit.
Corpora languescunt varijs agitata flagellis,
Et manet humano sanguine rupta fides.
Dij meliora ferant: iamiam Mars intonat vnus,
Expoliat nostros vastat, & vrit agros.

E. T.



Anagramma.

IACOBVS VASLINVS:
SALVVS INVOCABIS.

AThiopes coluere Deos, Cœlumque putarunt
 Esse Iouem Persæ, quem timuere Deum.
 Immotos Præses Superos venerare, Deique
 Gloria sit cordi semper aperta tuo.
 Angelus optato te ducet ad æthera cursu,
 In quibus æternus leniter afflat amor.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS VASLINVS.

LVSV LAVROS CANIS.

AVratas meruit statuas Marcellus in æde
Palladis, hic Gallos fregit, & Annibalem
Scæuola Porsennæ varios compescuit ignes,
Vt fuit ardenti dextra cremata foco:
Phœbus odorato decorat sua tempora ramo,
Tu lusu lauros vaticinante canis.

E. T.

Anagramma.

GVILIELMVS POPARDINVS.

SQ L SVP E R PINDVM VIGILA.

Septem docta tulit sapientes Græcia, quorum
Tuta fuit sensu gens malefida graui.
Romaque Seipiadas coluit, quos Annibal hostis
Horruit armata commaculare manu.
Sol pius euigila super alta cacumina Pindi,
Musarumque nouem laurea ferta cane.

E. T.

Anagramma.

G E R M A N V S A V D E B E R T V S.
D E V S V R B A N V S M E R E G A T.

IVppiter astra tenet, Neptunus præsidet, vndis,
 Infernas Pluto captat auarus opes.
 Sol regit immensum stillanti lumine mundum,
 Me Deus vrbanus deprecor ore regat.

E. T.

Anagramma.

I O A N N E S C A B V T I V S.
I o B I A S N V T V C A N E S.

Permulcere Deos cantu, cytharaque Philamon
 Credidit, & mœstos vertere posse sonos.
 Fac mollire tuo crudelia pectora plectro :
 Nutu facta Bias nobiliora canes.

E. T.

Anagramma.

PHILIPPVS SEGONIVS.

HEVS PVPILLVS PINGES.

Formosam Venerem Cous bené pinxit Apelles,
 Ægidam pictor Paneus alter habet.
 Nicomacho placuit Proserpina rapta perito,
 Atque fuit Xeuxi dulce, racemus, opus.
 Pupillos pinges, varios fingesque colores:
 Hinc tibi conueniens linea Apellis erit.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS CHOVRREIVS.

HIC CLARVS DEVS VIVO.

Alcinous Deus hortorum pomaria seruat,
 Semper Aristæus rosida mella sapit.
Ausoniam Gallis simul aduentantibus urbem
 Aium Romani percoluere Deum.
 Integer eniteo Iudex, fatisque repulsis,
HIC clarus viuo simplicitate Deus.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS PER SERANTIVS.

P RECLARVS N OTIS VENIAS.

M Agnus Anaxagoras auditō funere nati,
 Mortalem dixit, nec doluisse ferunt.
 Si fera natorum teneros mors claudat ocellos,
 Materno reddes debita membra solo.
 Debemur morti nos, nostraque: deprecor ergo
 Præclarus venias, conspicuusque notis.

E. T.



Anagramma.

IACOBVS PER SERANTIVS.

Ô BIAS PV RVS RITE CANES.

ORpheus edocuit numeros intendere neruis,
 Demodochus cecinit, quem colit Alcinous.
Aurata sonuit cythara crinitus Iopas,
 Atque fuit lyrica notior arte Linus.
In uigila semper studijs, & rebus honestis;
 Purus rite Bias facta probanda canes.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS ROGERIVS.

REGIVS BIAS VOCOR.

AVrea vasa Bias contentus paupere cultu
 Calcauit pedibus, supposuitque suis.
 Virtutem incoluit tantum, verosque labores,
 Lausque fuit fluidis abstinuisse bonis.
 Ecce mea virides refero virtute coronas,
 Nestoreoque Bias regius ore vocor.

E. T.

Anagramma.

EMILIVS. PENOTIVS.

PIVS MELIVS NITEO.

C Onturbas populum cæco Catilina furore,
 Suggeris & patrio bella nefanda solo.
 Collaudas sœuum Mævi miserande Cethegum,
 Vreris & vitijs Sardanapale tuis.
 Moribus hic melius niteo, patriosque penates
Amplector ciuis conditione pius.

E. T.

*Anagramma.***SIMON BOILEVEVS.****SOL VIVE BIS MONE.**

Admonet infernas Phlegias mœstissimus umbras
 Ut Superos timeant iustitiamque colant.
 Astylus & fratres monuit, ne feruida saeuis
 Bella darent Lapythis, semiferisque viris.
 Pondera iustitiæ nostram testare per urbem,
 O Sol viue reos bis quoque lege mone.

E. T.

*Anagramma.***EZECHIAS LVILIERIVS.****HIC ES VIS ZELEI LAVREI.**

Aschilus æternas quæsiuit carmine laudes,
 Floruit & Lyrici docta Camœna senis.
 Castalidum virtus Musarum laurea viuis,
 Atque tuas lauro cingit Apollo comas.

E. T.



Anagramma.

GVLIELMVS MVSSETIVS.

Vt LIS SVMB VSVM LEGIS.

Si vicina tuas obscurant lumina sedes,
Sit quoque pro claro nax odiosa die.
Vt lis, crede foro, legis fidenter & vsum
Sume, tuis numquam sedibus offident.

E. T.

Anagramma.

GENTIANVS DVLAVRENTIVS.

EN VIR LAVDES NVTV TANGIS.

Marcus Sæua fuit pro Cæsare primus in armis,
Fortiter armatas sustinuitque manus.
Egregiam bello laudem quæsivit Aratus,
Vicit Aristippum, rupit Aristonicum.
Vir nutu laudes tangis consultus honestas,
Quid? virtute graues vincis amante Deos?

E. T.

Anagramma.

IOSEPHVS MALARTINVS.
HEN SOL PIVS AMA RITVS.

Credbat pergrande nefas Albania proles
Condere materno corpus inane solo,
Assyrij charos vngebant melle parentes,
Quos Lachesis misero prefferaſt enſe mori,
Debita funereo iam corpora iunge ſepulchro;
Hen patriæ ritus Sol pius intus ama.

E. T.

Anagramma.

FLORENTIVS ROBINETVS.
EN VIRTVS FLQRET BONIS.

Sit precor hic fœlix annus, tua vota secundet,
Sorsque tibi placidis rideat vna Deis.
Consultum superes Ianum, fortesque Metellos,
Et vincas Pylij sæcula longa senis.
Te tua progenies decoret, vereatur amicus,
Mirenturque senes, & puer omnis amet.
Denique blandus amor verso tibi nomine dicat,
En virtus floret conspicienda bonis.

E. T.

R



Anagramma.

PASQVASIVS DVBOIS.

SVB QVO VADIS, SAPIIS.

Asdrubalis nauem tenuit ter Glaucus, & audax
 Cæfaris Acilius miles & arma ruit.
 Principibus placuisse fuit propensa voluntas,
 Atque cruentato fortiter ense mori.
 Regia tecta colis, modò regia iussa facestis,
 Et sub quo vadis principe, crede, sapis.

E. T.

Anagramma.

ALTINVS GALLVS.

GALLVS LATINVs.

A Rx Romana manet crepitantibus anseris alis
 Libera, Torquato & principe surgit honor.
 Noctua Cecropijs gratissima vixit Athenis,
 Hieronis clypeo quæ fuit apta ducis.
Extollit Gallos Aurelia nostra Latinos,
 Et vigil immenso gallus in orbe canit.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS SAINCTONGEVS.

BONVS CIVIS SANCTE AGO.

Harpagus Astyagis violauit foedera regis,
 Laomedon certas fraude negauit opes.
 Zopyrus & gemuit lacerato corpore, teftis
 Vt Babylon rueret luxuriosa dolis.
 At bonus arguto ciuis sub pectore voluo
 Mordaces curas, & bona semper ago.

E. T.

Anagramma.

BARTOLOMEVS SEVINVS.
SVM SOLON IVRE BEATVS.

Si malefida meo faueat fortuna labori,
Hauriat arrecta Iuppiter aure preces.
In dubijs Iudex rebus succurrat agenti,
Certus & occultas reddat amicus opes.
Nil mirate, Solon sum puro iure beatus,
Fungor & officio-forte fauente meo.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS GVINANTIUS.
SANVS IN CANTV VIGILO.

PRædicit medium volucris Titania noctem,
Charaque Latonæ sydera noscit aus.
Falcatas tollit caudas, cristasque rubentes,
Vt radios Solis, cui sacra, semper amet.
Culmina virtutis flagrans meus ardor anhelat,
In captu vigilo fanus, & vnu amor.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S D E S C L V S E V S.
 D E V S L V C E S V P E R S T E S.

Vluit in vmbroso Proteus mirabilis antro,
 Vertumnus verso dictus ab amne Deus,
 Transformat faciem, varios sumitque colores,
 Tum noua cæruleas forma figurat aquas.
 At Deus intus eris diuina luce superstes,
 Claraque reddetur sydere terra tuo.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS MVNIERIVS.

VIVE BIAS, COR MVNIS.

Pittacus Alcæi laceratus carmine vatis,
 Et pressus varijs sollicitudinibus.
 Sustinuit diras patienti pectore fannas;
 Hinc regnauit amor, non simulata fides.
 Viue Bias sapiens, cor munis laudibus aptum,
 Et tua lauriferas gloria tangit opes.

E. T.

S

Anagramma.

NICOLAVS MASVERIVS.

VERVS AMICVS IN SOLO.

CVm petit Heronis placidos Læander amores,
 Ventofis reddit pensile corpus aquis.
 Cæsar in horrifonas Rubiconis fluminis vndas
 Corruit, inque vadis viuere dulce fuit,
 Fortiter in tumidis Neptuni fluctibus vrit
 Verus amor, vasto vel Venus orta salo.

E. T.



Anagramma.

A N I A N V S P O I V R E R I V S.

S A N V S V I V O I N R E P A R I .

Rutilius Roma pulsus perdulce putauit
 In vacuis potius consenuisse locis.
Quám patriam vastasse odijs, patriosque penates
 Exilij memores eripuisse dolis.
In paribus viuo rebus persanus amicus,
 Fidus & internis ossibus hæret amor.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS ROVSEVS.
DEVS CVRAS VOLVIS,

SCylla manu quoties committere prælia forti
Tentauit, coluit signa verenda Dei,
Per montes ceruam duxit Sertorius albam,
A qua fingebat facta tacenda dari
Tu Deus inuoluis curas, secretaque chartis
Confilia imponis, res bene semper age.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S M O N E V S,

P E R T E M O S V N V S.

S Partanis mores pro scripto iure Lycurgus
Instituit, durum viuere lege fuit.
Postmodó iura Solon fixit, legesque refixit,
Vt populus blando cederet obsequio.
Per te iura placent, per te mos constat & vnuſ,
Plebs tandem gaudet moribus apta tuis.

E. T.



Anagramma.

ANTONIVS BRACHETIVS.

HÍC BONVS IVRA-TENTAS.

DUlcisono querulos Hortensius ore clientes
 Hortatur, causas consilioque regit.
 Hipperides Graij Demosthenis æmulus orat,
 Fundit & in medio verba notanda foro.
 Híc bonus vrbano tentas iura arcta lepore,
 Et canit in labijs docta Minerua tuis.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S C H O V T A R D V S.

V t C H A R V S E S T P V D O R.

Admonet intactas Lucretia casta puellas,
 Ut niteat roseo purus in ore decor.
 Quo sine virgineus pudor exulat, atque superbis
 Tarquinius regnat, proh dolor ante Deos,
 Vt pudor est charus, sic sic super æthera iudex
 Immortalis erit, perge pudore mori.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS LVLIERIVS.

VIR ILLVSVS CLAREO.

DVm sinit Herculeos prædicere Musa labores,
Sceptraque fulminei digna refetra Louis.
Mens hebetata ruit, subitoque insurgit Vlysses
Blandisno Græcos qui regit ore duces.
Vir licet illusus Troianæ mœnia gentis
Diruit, at causas noster Vlysses agit.

E. T.

T

Anagramma.

HIERONIMVS MASSVAV.
HEM AMOR SANVS VIVIS.

Antiochū cōpungit amor, tumidisque cruentum
Vulnus alit venis, ignis & igne furit.
Membra cupidineis medicus commota fauillis,
Sanauit dominæ prætereuntis ope.
Sanus amor viuis, sanos contingis honores,
Et paruo causas munere sanus agis.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS PICOTEVS.

SOLVS CICERO PVTA.

DEciamat Cicero Latiæ facundia linguæ,
Implet & argutum voce patente forum.
Solus agis Cicero, sanctas Aurælia leges
Seruat, & admonitis plebs moderata tuis.
Causidicus nostro tandem gratissimus æuo
Semper eris, gelidas dum dabit Ister aquas.

E. T.

Anagramma.

I OHANNES CALETIVS.

HIC LAVS SANE NITEO.

Argolicus blando cœpit sermone Pericles
 Oppressos fatis condecorare viros,
 Iam te causidicum victrix Aurelia summis
 Laudibus extollit, pungit, & vrit amor.
 Inde tuo virtus floret pretiosa lepore,
 Et nitet in cunctis laus veneranda locis.

E. T.

Anagramma.

STEPHANVS RASOVERIVS.
HEVS VIR SANVS SPERATO.

Q Vid modó Codre tuū pro charis corpus athenis
Obijcis, & patriæ captus amore peris?
Quid Thrasibule feros domuisti Marte tyrannos,
Nūm tuus a supero numine surgit honor?
Vit sanus spera, labor improbus omnia vincit,
Verbaque sunt factis æquiparanda tuis.

E. T.

Anagramma.

IOANNES NOEL.
IN LEONE SANO.

VIT Dacus in fuluo, fœlici sorte, Leone
Inuenit, fuerat qua spoliatus, opem.
In te sollicito populus spem ponit amicam,
Te quoque causidicum iure Senatus amat.
Ergo age rumpe moras, suscepsum & perfice munus,
Hinc referes meritis digna trophæa tuis.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS TORINVS.

SOL DIVINVS CVRAT.

Critobalus medicis fidus miratur in herbis,
 Sanat & expertis saucia membra modis.
 Polycrates valida Democidis arte tyrannus
 Perduxit longos in sua vota dies.
 Nunc te diuinus Sol curat, & omnia certò
Fine regit, tandem Sol mihi solus eris.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS OVDEBINEVS.
CLARVS D^EV^S OBVENIO.

Hanno fulmineus princeps Chartaginis altæ
Solerti querulas voce docebat aues.
Hanno, quæ, Deus est mittebant gutture voces:
Sic placuit populo vox repetita Icui.
Præclarus Deus obuenia virtute parata,
Et mea Palladijs laurus abundat aquis.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS MVSSARTIVS.

Tv Mysis LAVROS CANIS.

CAntat vt Ædonis blandos Philomela susurros,
 Viuit in Ætheis vt Salamandra rogis.
 Regius Idalios repetit Ronsardus amores,
 Dictat & implicitos Martia Musa iocos.
 Ardua conscendis Parnassi culmina montis,
 Et Musis lauros noster Apollo canis.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS MVSSARDVS.

SOLVS AMICVS DVRANS.

OMnia nascuntur subitis obiecta ruinis,
 Nostraque tabifico vita dolore cadit.
 In terris tantum perdurat solus amicus;
 Viuet & inuita morte perennis amor.

E. T.

Anagramma.

ROLANDVS COLAS.

SOL CLARVS DONA.

Ilus cum ruerent flammis delubra Mineruæ,
 Demissum cœlo Palladium eripuit.
 Perdidit vnde oculos; Dea quos cessante furore
 Reddidit illæsos, imperiumque dedit.
 Sol clarus dona mihi cæco lumina, reddam
 Nomina versa tibi, Celtica verba pater.

E. T.

Anagramma.

IOANNES MOREVS.

IANVS REQS MONE.

VT ducis est virtus vitam duxisse, ferendo,
 Martis & horrendas non timuisse minas.
 Nauta vt pontiuagus ventis iactatur, & vndis;
 Attamen iratum temperat arte salum.
 Iamiam confisus medio pete sydera cursu,
 Confilioque reos Ianus amante mone.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS MOIREAV.

CLARVS Iovi MANEO.

V V T Venus æterno sociauit foedere A donim,
 Et dedit innumeris oscula mixta iocis.
 Cynthius amplexu Daphnem delusit Apollo,
 Vixit & Actiaco grata puella Deo.
 Hic mihi nectareos concedunt fata liquores,
 Atque Ioui maneo clarus amore meo.

E. T.

*Anagramma.***LODOICVS ASINNIUS.****Ø SOL DIVINV S CANIS.**

MErcurius Iouis interpres, vel nuncius ibat,
 • O Sol diuinus iura verenda canis.
 Errabat pariter gelidis in montibus Hermes,
 Phœbus at in nostro viuis, amice, foro.

E. T.

*Anagramma.***GERMANVS PICOTEVS.****CANTVS REGVM SEPIO.**

TArpender moestas cantus dulcedine mentes
 Delinit, curas demit & ore graues.
 Diui no regum circumdo munere cantus,
 Et datur oranti certa corona mihi.

E. T.

Anagramma.

IVLIVS SEVRATTVS.

LAVRVS ES VIRTVTIS.

Clitomachus fidens animo, consultus & annis,
 Non tantum patriæ sustinet excidium.
 Admonet at ciues patienter ferre ruinas;
 Siccine virtutis præmia certa tenet.
 Laurus virtutis radicibus insita firmis,
 Diceris, & lauro te meus ornat amor.

E. T.

Anagramma.

CAROLVS DELVINE.
CLARVS DEVS LENIO.

DVm tenet insidijs Capuā ferus Annibal vrbem,
Faucula captiuis Clunia prœbet opem.
Hispanos nullis corruptus Scipio donis
Vi domitos mittit, lenis & afflat amor.
Mordaces ducor dictis auertere curas,
Et lenire viros clarus amore Deus.

E. T.

Anagramma.

C L A V D I V S B R Y S S A R D V S.
B I S C L A R V S, D V R A S Y D V S.

LAomedonteæ durant periuria gentis,
 Et iacet Æneæ Dido petita dolis.
 At tua sydereo virtus manet vltima cœlo,
 Bis clarus dura, denique sydus eris.

E. T.

Anagramma.

C A R O L V S G E N E S T.
S O L C A N T V S R E G E.

EVmonius magnos meruit Locrensis honores,
 Quos volucris chorda deficiente dedit.
 Sol modó diuinos eantus rege, quare triumphos
 Carmine vocali, siccine victor eris.

E. T.

X

Anagramma.

STEPHANVS SAVREVS.

HEVS SANVS SVPERAT.

Doctus Hylas cœstu fuit, Androgeusque palestra,
 Democratē immotū circulus omnis habet.
 Tyndaridæ fratres præstantes viribus instant,
 Fulget Olympiacis & Lycus in stadijs.
 In terris nihil est mirandum, credite rebus,
 Vir sanus superat sedulitate Deos.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S P O I S L E.

S O L P V R E P E T I S.

Sisyphus infernas patitur pro crimine pœnas,
Caucaseas Tytius corpore pascit aues.
Perfidus Ixion fatali voluitur orbe,
Et miser in medio Tantalus amne sitit.
Dicis iustitiam, discis non temnere Diuos,
Postmodò Sol purè lumina clara petis.

E. T.

Anagramma.

L O D O I C V S M A R I V S

Ô D V R I S I V S C L A M O.

Abiectis orat Marius Censorius armis,
Et rhetor causas Quintilianus agit.
Gentibus inclamo duræ ceruicis amores,
Quippe cano Nemesis facta sequenda Deæ.

E. T.

Anagramma.

LIE' BERGERIVS.

LIBERE' REGIVS.

Pythagoræ seruus Mys longos contulit annos,
 Chrysononus, Syllæ sub iuga, membra dedit.
 Euporus obsequij Gracchum vincire catenis
 Gestiuit, duro & viuere feruitio.
 Libertatis amor pretio, nec venditur auro:
 Sic mea libertas regia semper erit.

E. T.

Anagramma.

HERCVLES ARCHAMBAVTIVS.

HEV BIAS CHARVS MEL CVRAT.

Viuere dulce puto sine crimine, dulcius inquam,
Aeternas meritis conciliare domos.
Noster agit vitam nullo discrimine ciuij,
Et charus curat Gnosia mella Bias.

E. T.

Anagramma.

ITIER GRAVETIVS.

TYTI VIRI RES AGE.

Evrymnus studuit quærulos formare dolores,
Et Cotys assiduo viuere dissidio.
Etheocles magno regnandi impulsus amore,
Polynicem duro compulit ense mori.
Res age consilio, rebus confide secundis,
Quin etiam tuti sit tibi cura viri.

E. T.

Anagramma.

LODOICVS BLANCHETIVS.

HÍC BONVS LITES, CLAVDO.

TImagenes quondam verbis petulantibus audax
 Carpebat populum, nec sine lite fuit.
 Næuius insignes pariter virtute Metellos
 Pungere carminibus, perleue duxit onus.
 Híc bonus insanas claudio sine murmure lites,
 Consilioque silent bella cruenta meo.

E. T.

Anagramma.

S A M S O N G A V D R I
A R G V S D O M I N A S,

Z Oile festina linguæ frænare furores,
Atque Theonino rodere dente viros.
Daphitas etiam digito compesce labellum:
Nam decori officiunt verba nefanda tuo.
Juppiter impuræ punit conuitia linguæ,
Do modō crudeles Argus in vrbe minas.

E. T.

Anagramma.

STEPHANVS ROMERIVS.

I, TER PIUS es ROMANVS

VT Romanus amor charæ pietatis imago
 Sustentat captum lacte fluente senem.
 Oppius a puro proscriptus iudice, nati
 Clamat opem, natus liberat arte patrem.
 Ter pius es Romanus, terque quaterque beatus
 Oscula das matri semisopita tuæ.

E. T.

*Anagramma.***IOANNES BARON.****IN RE BONA SANO.**

PEste laborantes Agron sanauit Athenas,
Largiter effusis vndique luminibus.
Largior afflictis bona, placo munere Diuos,
Et sano rebus membra dolenda bonis.

E. T.

*Anagramma.***IACOBVS MESMINVS.****MEYS AMICVS BONIS.**

IVppiter ardenti Danaem compungit amore,
Æmonius natam Gnosida Bacchus amat.
Formosam sentit flagrans amor Herculis Hebem,
Et facilis Daphnem detinet arte Deus.
Aurea fulcra meus Lydorum captat amicus,
Et seruire bonis gloria sola manet.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS MORINV S.

MORIBVS IVS CANO.

Mortale, mihi crede, trahit sua quæque voluptas,
 Diuinis etiam legibus vrget amor.
 Gaudet eques fuluum descendere monte Leonem,
 Classica miles amat, congerit alter opes.
 At duce fortuna diuersa negotia voluo,
 Moribus & nitidis confona iura cano.

E. T.

Anagramma.

MICHAEL PELERINV S.

I, LVMEN CELI PARIES.

Solis ama radios, tacitæ fuge nubila Lunæ,
 Viuere vel Phœbo principe dulce puta,
 Sic lumen cœli paries, tibi cœlifer Atlas
 Cedet, eris tandem verus, amice, Deus.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS CABARTIVS.

SVB VIA CLARA CVDIT.

L Ignea mirandum volitando per astra columba
 Reddidit Archytam, sed magis ingenium.
Callicrates mira nauem fabricauit & arte,
 Candida quam paruæ penna tegebat avis.
Noster amor virtute viros supereminet omnes,
 Cudit & in medijs clara tropheæ vijs.

E. T.

Anagramma.

C L A V D I V S G O N T A V L T I V S.
V T G A L L V S D I V I V S C A N T O.

Per vada cantat olor vicinæ tempora mortis,
 Mœrentesque Tonos turtur amicus agit.
 Thurea componit viuax altaria Phœnix,
 Floreat ut pullus parturiente rogo.
 Dogmata conclamo venturæ nuncia laudis,
 Et gallus canto candida iura diu.

E. T.

Anagramma.

PETRVS TACITVS.

AT PETIT CVRSVS.

DÆdalus vt leuiter fugeret Minoia regna
 Est superas pennis ausus adire vias.
 Vtque per intactas segetes regina Camilla
 Emicuit cursu, tum celer instat amor.
 Sic petis ardentes virtutis tangere cursus,
 Altaque diuinis scandere tecta modis.

E. T.

Anagramma.

HILARIVS DEBOISEVS.

HILARIS DEVS IVS BEO.

Ecce oculata manus, qua nos Epicarmus honorat,
 Et credit vultus quod videt ante suos.
 Te canimus Ianum pacis, bellique parentem,
 Quo duce regales conciliantur opes.
 Te modō miramur gemmis, ostroque nitentem;
 Vnde hilaris iactas nomen habere Dei.

E. T.

Anagramma.

ANTONIUS MOINETIVS.

IN VOTIS INTVS MANEO.

VT Pandora pio patriæ pro munere virgo

Optauit surdas mortis adire vias.

Vt corpus nouit Macaria nata furentis.

Herculis, & Theseus cœpit amore mori.

Sic patriæ seruire meæ, Christoque topanti,

In votis maneo, regnat & intus amor.

E. T.

Anagramma.

MICHAEL DVMAS.

HIC MEL DA MVSA.

Musæus cecinit vates, & Apolline dignus,
 Nestora miratur Græcia docta senem,
 Otia pelle, tuo Musæum carmine vinces;
 Hic mel da musa, credito, Nestor eris.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS ROVSSEVS.

RES SOLAS VSV VINCO.

Alcides domuit crudelia monstra ferendo,
 Vitauit tumidi magna pericla maris.
 Confusos docuit patienter ferre labores,
 Dein virtute fuit raptus ad astra Deus.
 Omnia vincit amor, res solas tempore vinco,
 Sæuaque prudenti pectore damna premo,

E. T.

Z

Anagramma.

IACOBVS PISSEVS.

VSV CIBOS SAPIES.

Optabat sibi colla gruis Philoxenus ampla,
 Ut biberet mixtis ebria vina fauis.
 Effuge blanditias Veneris, Bacchique liquores,
 Vsu persapies experiente cibos.

E. T.

Anagramma.

IOANNES MENAVTIVS.

Ô NVMA SANE VENISTI.

QVis furor ô ciues bellis accersere mortem?
 Sanguine vel puas contaminare manus?
 Non furor est, vitium sequimur, cupimusque negata;
 Mars simul abiecta relligione furit.
 Ecce Numa sané venisti, cede quieta
 Pace frui, dabitur certa corona tibi.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS MASSONIVS.

I N S O L O S A N V S A M I C V S.

CRœsus diues erat, quem Cyrus subdidit armis,
Et bona fortunæ mobiliora Deæ.
Impositoque rogis Crœso, sermone Solonis,
Contribuit subitam victor honestus opem.
Deprecor ut viuas in terris sanus amicus;
Cyrus vincet opes, Crœsus habebit opem.

E. T.

Anagramma.

PAVLVS ABERTIVS.

T V L AV S PVRE ABIS.

VT Sol dat lucem miseris mortalibus almam,
Post fugit, & nigris Luna triumphat equis.
Vndique laudaris sparso virtutis amore,
Denique laus puré lucida semper abis.

E. T.



Anagramma.

P E T R V S B A V D E T I V S.

V T D I E S P Y R V S B E A T .

R Egulus Annibalis furiis moriturus acerbis
 Seruauit, pudor est quam violare, fidem.
 Viua Saguntini fracti vetricibus armis
 Corpora funereis imposuere rogis.
 Artibus Hippocrates medici dotatus abundat,
 Vtque dies purus nos sine fraude beat.

E. T.

Anagramma.

P E T R V S A S E L I N E V S .

S A L V S P V R E E N I T E S .

Serpentem Cadmus telis confodit, & Alcon
 Dura salutari monstra fugauit opē.
 Pallentes abigis morbos, sœuosque dolores,
 Reddis & antidotis corpora sana tuis.
 Inde nites patriæ purē tutela, salusque,
Quin nouus Harpocratis diceris ore Deus.

E. T.

Anagramma.

RAIMONIVS DE MASSACO.

Io MEDICVS SANAS MORA.

P Hillirides Cyron Phœnicem lumine captum
Sanat, & infuso numine lumen habet.

Hyppolito fidus Cressis Epidaurius herbis
Restituit vitam, quam fera Parca negat.

Artifici mœstos curas medicamine ciues,
Et medicus sanas auxiliante mora.

E. T.

Anagramma.

CLAVDIVS · MAILARTIVS.

TVA · MALA · CURIS · DILVIS.

O Ccurrit medicus græcis Podalirius ægris,
 Attalus & subitam præbuit alter opem,
 Ecce salutiferis mala diluis effera curis,
 Nectareisque leuas lenta venena cibis.
 Te Deus æternum reddet, cœloque locabit,
 Candida marmoreus conteget ossa lapis.

E. T.

Anagramma.

**GVLIELMVS BAVCINETIVS.
GALENVS BIS LVCEM IVVIT.**

DEmocrates medicus láguentia membra liquore
Gustato Hyberidæ, viuere læta sinit.
Insanas Poëti natas purgare Melampus
Edocuit, morbum Menecratesque factum.
Quid mirum? medico perfusus odore Galenus
Bis iuuat hic lucem, sanat & arte viros.

E. T.

Anagramma.

ELIAS PELLAVTIVS.

PALLAS VIVE TELIS.

Pallas nata Iouis, casti regina pudoris,
 Et pictæ vestis gloria prima fuit.

Pallentem telis Pallas Tyrrhena gigantem.

Fudit, Arachneum & stamine vicit opus.

Cū modō sis Pallas, medica quoque Phœbus in arte:

O Pallas telis prouida viue tuis.

E. T.

Anagramma.

ISRAEL HERVETIVS.

HEVS VIRIS LETARE.

Vt rude viuendi genus, & commune Timonis
Congressus hominum dissociare fuit.
Heu lætare viris, & aperta viuito fronte,
Nec pigeat medicas applicuisse manus.
Purpureos sparget populus pro munere flores,
In morbis etiam Phœbus amicus erit.

E. T.

*Anagramma.***G E R V A S I V S B E L I N V S .****R E G I B V S V E N I S A L V S .**

C Larus Aristogenes molli dulcedine, regi
 Antigono requies, vita, salusque fuit.
 Abnegat ægrotis sudantia balnea Charmis,
 Corpus at hybernis firmiter addit aquis.
 En agedum curis populo succurre dolenti,
 Quippe veni nostris regibus ampla salus.

E. T.

Anagramma.

SERVASIVS BELINVS.

S ALVIS REBVS VENIS.

Callidus Oceani completo nauita cursu
 Largitur Glauco munera grata Deo.
 Et partis miles præcinctus Marte coronis,
 Apponit clypeos, & spolia ampla locis.
 Ecce venis saluis rebus, populusque madentes
 Naufragij tabulas gaudet habere tui.

E. T.

Anagramma.

IOANNES DE LA ROVE.
EN ADONIS ARE VALEO.

Pulcher Adonis erat, quem Cynthia cœpit ocellis
 Perdere, & in collo figere dente notas.
 Cœpit & in varios lachrymas mutare dolores
 Cynthia vesanis plena cupidinibus.
 Crudeles morbos sanare salubribus herbis,
 Et medica valeo pulcher Adonis, ope.

E. T.

Anagramma.

NICOLAVS PAIOTIVS.
INTVS LOCA PIA VISO.

Vt fuit Hermonides Phœbi, Triuiæque sacerdos,
 Panthus & infusis per sua colla comis.
 Intus templa colo, monitis loca sancta reuiso
 Impulsus superis, quid magis astra peto?

E. T.

*Anagramma.***SIMON ROVSEVS.****VIR SYME SONOS.**

CVertius in medio perijt Romanus hiatu,
 Saluus ut extincta peste rediret amor.
 Tum Decius chara pro libertate parentum
 Obtulit infernis corpūs, & arma Deis.
 Hac virtute rues cautos delapsus in hostes;
 Ergo tuo dignos pectore sume sonos.

E. T.

*Anagramma.***IACOBVS PICHARDVS.****HIC BIAS PURVS CADÔ.**

FAta manent omnes, cunctis stat terminus æui,
 Quippe iubet mortis nos meminisse Deus.
 Irus morte ruit, moritur rex ditior Iro:
 Iure Bias purus morte furente cadam.

E. T.

Anagramma.

IACOBVS DESFRICHES.

Ô Deus bis fac hic res.

Tincta Philoctetæ Lernæis crura venenis
Sanauit medica Pharmacopola manu.
Regis Alexandri sensus, oculosque dolentes
Reddidit illæsos experiente modo.
O Deus hic fac res, populus tibi reddet honores,
Primus & Empyricæ laudis amator eris.

E. T.

Anagramma.

RENATVS SAVGEVS.

Tv SANVS RES AGE.

Arminibus ciues impurus Hyperbolus angit,
Vomit & in medijs dira venena cibis.
Diffona clamoræ procul effuge mormura linguæ,
Dein res candidulo pectori sanus age.

E. T.

FINIS.